

Ego Gerardus Probyter Card. tit. S. Crucis in Hierusalem s. Ego Lucas Presbyter Card. tit. sanctorum Joan. & Pauli s. Ego Vassallo Diac. Card. S. Eustachii iuxta templum Agrippæ s. Datum Laterani per manum Aymerici Diac. & Cancellarii, III. Idus Aprilis Indict. II. Dominice Incarnationis anno MCXXXIX. Pontificatus vero Domni Innocentii PP. anno X.

Dat. die 11. Aprilis anno Domini 1139. Pontif. anno X.

L I V.

Diploma pro Monasterio S. Lamberti in valle Sein Salisburgen. Diocesis Ordinis S. Benedicti.

Ex Fludis Metropoli Salisburg. T. III.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Gunthero Abbati Monasterii sancti Lamperti martyris, quod situm est in Saltzburgeni Episcopatu, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Postolica Sedis clementie convenit, omnibus ejus suffragium implorantibus, maternæ affectionis parocinium exhibere. Sicut autem ex scriptis beatæ memoriæ Silvestri Pape nostri prædecessoris agnovimus, Aeribo quondam Comes pro animæ suæ remedio, suorumque parentum, in quodam loco suæ proprietatis, quod olim Burgili vocabatur, nunc autem ab incolis Serva dicitur, Monasterium in honore S. Lamperti martyris pro sua devotione construxit, atque ad suæ salutis ac præmii cumulum, interventu gloriose memoriæ Ottonis tertii Imperatoris Augusti, eundem locum, beato Petro oblatum, Apostolico privilegio fecit roborari. Nos igitur ipsius vestigiis inherentes, tuis, dilecte in Domino fili Gunthere Abbas, postulationibus impertimur assensum, ipsiisque Monasterio S. Lamperti præsentis privilegii paginam communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus permaneant. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum successorum, quolibet, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam, sibi præesse providerint. Adjicimus etiam, ut Advocatiam ejusdem Monasterii nulli liceat usurpare, sed potius pro vestro arbitrio personam idoneam vobis in Advocatum liberè eligatis: qui etiam si inutilis Monasterio vestro fuerit, absque alicujus contradictione eum amovendi, & loco ejus alium subrogandi, licentiam habeatis. Decernimus ergo, ut nulli liceat ecclesiasticæ secularive persone, præfatum Monasterium super hac nostra confirmatione ac concessione temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu aliis quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia eis integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione con-

Henricus Comes de Stein Cenobii hujus fundator.

Ejus bonæ omnia confirmat Innocentius PP.

Abbas electionem Monachis fieri statuit.

Front etiam Advocati.

Item liberum ab omni perturbatione declarat.

cessa sunt, omnimodis usibus profutura. Ad indelicium vero hujus perceptæ a Rom. Ecclesia libertatis, xij. denarios nobis nostrisque successoribus annualliter persolvatis; juxta institutionem quoque jam dicti prædecessoris nostri, pro Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, omni die ad Missam una collecta fiat, similiter & pro defunctis. Sancimus insuper, ut nemini fratrum vestrorum post factam in eodem Monasterio professionem, absque licentia prælati sui ad alium locum liceat transmigrare. Quod si discesserit, & canonicè communitus, redire contempserit, facultatem nihilominus habeatis, eundem a divinis officiis interdiceret, interdicitum verò nullus Episcoporum vel Abbatum suscipere audeat, vel retinere. Si quis sane imposterum, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo judicio districtæ ultioni subjaceat; Cunctis autem Ecclesiæ huic justè servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum in Lateran. per manum Aymerici Diac. Cardinalis & Cancellarii, S. R. E. III. Idus Apr. Indict. II. Dominice Incarnationis anno MCXXXIV. (a) Pontificatus D. Innocentii Patris anno X.

Centum xij. denarii Rom. Ecclesie reservat. & collectam quotidianam pro Rom. Pontifice.

Abbatibus facultatem elargitur inobstantes Monachos de Monasterio pellere, alioque suscipere.

Solita clausula.

Dat. die 11. Aprilis anno Domini 1139. Pontif. anno X.

L V.

Confirmatio honorum omnium Admontensis Monasterii Ordinis Benedictini Salisburgen. Diocesis, quod sub protectione Sedis Apostolicæ recipitur, variisque donatur privilegiis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio suo Gotifredo Abbati Monasterii, quod Admontis dicitur, in Saltzburgeni Parochia situm, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex Mss. Codd. Monast. hujus editi Petrus Thebanus. Ane. d. N. v. Tom. I. Par. III. page 661.

Exordium.

CUM omnibus Ecclesiis & ecclesiasticis personis ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio debitores existamus, illos tamen paternis affectibus nos convenit amplius confortare, qui postpositis rebus secularibus, omnipotentis Dei servitio se arctius alligarunt. Quapropter, dilecte in Domino filii Godefride Abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, & Monasterium Admontense, cui auctore Deo præsidet, sub Apostolicæ Sedis tutelam & protectionem suscipimus, & præsentis scripti paginam communimus, quod utique a venerabili fratre nostro Gebehardo Saltzburgeni Archiepiscopo felicitis memoriæ constat esse constructum in sua Diocesi, atque multis bonis ditatum. Insuper etiam quascumque possessiones, quæcumque bona, a præfato Gebehardo seu a successore suo

Monast. sub protectione Sedis Apostolicæ recipit.

Ejusque bona omnia confirmat.

(a). Lege 1139. ut conveniat annus hic cum ceteris notis Chronologicis apponit; facilius enim est in hanc solam, quam in ceteras notas, scriptoris incuriam irrepsit.

L V I.

Confirmatio fundationis Abbatie Averbodensis, pro cujus regimine, atque immunitate nonnulla statuuntur decreta.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Abbati Andreae sanctæ Mariæ, sitæ in Averbadio, tuisque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Ex T. m. I. Cod. Diplomat. Mirai pag. 100.

Exordium.

PLÆ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecte in Domino fili, Andreas Abbas, tuis petitionibus clementer annuimus, & Ecclesiam sanctæ Mariæ, sitam in Drebodio, quam utique nobilis vir Arnulfus Comes, ejusque Consortes, pia devotionis intuitu fundaverunt, & ad vestram sustentationem omnipotenti Domino pro animarum suarum remedio liberè obtulerunt, a termino videlicet Endeberghe usque ad terminum, qui dicitur Ulrepas, cum pastuibus circumjacentibus, sub protectione beati Petri suscipimus, & præsentis privilegii paginam communimus. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem Locus impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. Adjicimus quoque, ut idem locus ab omni exactione liber maneat, sicut ab illis fundatoribus statutum fuisse cognoscitur. Nec aliquem præter Episcopum habeat advocatum. Et ut Ordo Canonicus secundum regulam sancti Augustini, & institutionem Præmonstratensis Ecclesiæ, ibi perpetuo conservetur. Sancimus etiam, ut nemini fratrum post factam in eodem loco professionem, absque licentia Prælati sui, ad alium locum liceat transmigrare.

Ecclesia hæc sub protectione Sedis Apostolicæ recipitur.

Ejusque bona omnia confirmantur.

Cum decreto omnimodæ libertatis, & quæcumque exactione: Quod Ordo Regularium inibi servari debet.

Quod si discesserit, & canonicè communitus redire contempserit, facultatem nihilominus habeatis, eundem a divinis officiis interdiceret, interdicitum verò nullus Episcoporum vel Abbatum suscipere audeat, vel retinere. Sane de laboribus, quos propriis manibus & sumptibus colitis, decimas exigi prohibemus. De nutrimentis quoque animalium vestrorum idipsum observari præcipimus.

Ut autem quietius atque liberius manere possitis in omnipotentis Dei servitio, auctoritate apostolica inhibemus, ne cui Episcopo liceat, vos ad sua negotia, nisi forte ad synodum, invitos trahere, vel vocare. Porro sepulturam, ejusdem loci omnino liberam esse concedimus, ut videlicet eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstat: salvâ nimirum matricis Ecclesiæ canonicâ justitiâ, vel reverentiâ. Ipsi ceteras ejusdem loci possessiones, Ecclesiam, quæ dicitur Tesselderlon, nihilominus confirmamus.

Ut nulli Episcoporum liceat Monachos inquietare.

Ut libera inibi esset sepultura.

Solita clausula.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eundem Locum temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, H h 2 minuc-

Quæ ullo modo alienari vetat.

Liberam inibi cuicumque personæ fore sepulturam.

Monachis autem electionem indulget.

Perpetua illud immunitate donat.

Hæc vero in observantia anathematizantur.

Observantibus etiam de precans felicitatem.

Innocent. PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 13. Aprilis anno Domini 1139. Pontif. anno X.

Tiemone Archiepiscopo, seu aliis Dei fidelibus, in decimis vel donationibus aliorum agrorum collata sunt, vel imposterum offerri contigerit in terris, vineis, vel quibuslibet aliis possessionibus, aut quacumque concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis idem Cenobium acquisierit, præsentis vobis scripti paginam confirmamus. Nec Episcopo, nec Abbati ipsi, nec personæ alicui facultas sit, bona ejusdem Cenobii in feudum sive beneficium, sine consensu meliorum & discretorum fratrum, aliquibus dare, nec modis aliis alienare.

Sanè sepulturam ipsius loci liberam esse censemus, ut qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati sint, extremæ voluntati eorum nullus obstat. Laicos sive Clericos seculares ad conversionem suscipere, nullus Episcopi vel Præpositi contradictio vos inhibeat. Præterea Hospitalalem domum, a venerabili fratre nostro Clunardo apud Friesach constructam, & Admontensi Cenobio cum decimis apud Modinize antiquis & novellis, & cum ceteris omnibus sive patellis, sive sylvis, aut agris, sive mancipiis, vel cum concambio, sive rationabili donatione donatam, vobis Apostolico Privilegio roboramus. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum.

Nulli ergo hominum omnino fas sit, idem Cenobium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Saltzburgeni Archiepiscopi canonicâ reverentiâ; Cui tamen omnino non liceat, ei vexationem aliquam, vel consuetudinem, quæ Regularium quieti noceat, irrogare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive personæ, hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove communita, potestatis honorisque sui dignitate careat, si non congruè satisfecerit, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justè servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholica Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ego Theodewinus S. Rufinæ Episcopus Cardinalis subscripsi.

Ego Lucas Presbyter Cardinalis tituli S. Joannis & Pauli subscripsi.

Ego Chryzognus Presbyter Cardinalis tit. S. Præxedis subscripsi.

Datum Laterani per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii, Idibus Aprilis Indict. II. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIX. Pontificatus vero Domni Innocentii PP. II. anno X.

Ball. Rom. Tom. II.

L VIII.

Confirmatio Compositionis, inite inter Abbatem Monasterii S. Michaelis ad Mosam & Abbatissam Monasterii Juviniensis, super Ecclesia Tyraciaci.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Lanzoni Abbati sancti Michaelis, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

QUAE ad pacem Ecclesiarum sunt, debemus paternam provisione statuere, & earum quieti atque utilitati salubriter providere. Proinde, in Domino dilecte filii Lanzo Abbas, decisionem controversiae, quae inter te & Hadvidem Juviniensem Abbatissam pro Ecclesia de Tyracio in praesentia venerabilium fratrum nostrorum bonae memoriae Willelmi Prenefimi, Matthaei Albanensis Episcoporum, necnon Joannis Crementis tituli sancti Chrysgoni, Gerardi tituli sanctae Crucis, Huberti tituli sancti Clementis, Presbyterorum Cardinalium, & nostra, ante assumptum Apostolatus Officium rationabiliter facta est, auctoritate apostolica confirmamus, & ratam atque inconculsam futuris temporibus manere decernimus, & perpetuum silentium super hoc eidem Abbatissa ejusque successoribus indicimus; atque juxta ea, quae ab eisdem Episcopis, & Cardinalibus exinde statuta sunt, ut praefata Abbatissa a calumnia, quam pro jum dicta Ecclesia de Tyracio, vestro Monasterio inferebat, omnimodis conquiescat; eundemque locum cum suis appendiciis vestrum Monasterium quiete possideat, praesenti sanctione statuimus. Nulli ergo hominum liceat, te vel successores tuos super hac nostra confirmatione temere perturbare, aut aliquam vobis exinde diminutionem vel contrarietatem inferre. Si quis autem ausu temerario contra haec venire praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, incurrat, & excommunicationi subiaceat, quousque a sua praesumptione resipuerit, & congrue satisfecerit. Amen. Amen. Amen.

Exordium.

Causa controversiae examinata coram S.R.E. Cardd.

factaque tandem compositione, qua confirmatur.

Ecclesia Tyraciaci Monasterio S. Michaelis adjudicata.

Solita clausula.

Dat. die 20. Aprilis anno Dom. 1139. Pontif. an. x.

Diploma, quo Ferrariensis Ecclesia specialis Ecclesiae Romanae filia, ejusque Comitatus sancti Petri Patrimonium declaratur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Gryphoni Ferrariensi Episcopo, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

AD hoc in Apostolicae Sedis Cathedra, disponente Domino, constituti esse conspiciuntur, ut Ecclesiarum omnium curam gerere, & jus

minuere, seu aliis perturbationibus fatigare; sed omnia integre conferventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, modis usibus profutura. Si qua sane imposterum ecclesiastica secularisque persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat.

Conservantes autem haec omnia omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum ejus Petri ac Pauli benedictionem & gratiam consequantur. Amen. Amen. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis & Cancellarii, XVI. Kal. Maii. Indict. II. Dominicae Incarnationis anno MCXXXIX. Pontificatus Domini Innocentii Papae II. anno X.

Dat. die 16. Aprilis anno Dom. 1139. Pontif. an. x.

L VII.

Canonizatio beati Sturmii Abbatis Fuldensis, ejusque adscriptio in numerum Sanctorum Confessorum.

Super ex tractu in Archiv. Vatic.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Chonrado Abbati, & Monachis Fuldensis Monasterii, salutem & apostolicam benedictionem.

Dignum valde, & omni laude dignissimum, ut quos Rex Regum, & Dominus Dominantium honorare dignatur, eisdem ab hominibus devota reverentia impendatur. Nos igitur, audita vita laudabili beati Sturmii Confessoris, cognitis etiam ex parte miraculis, quae per ejus merita Dominus operatur, attestatione fratrum nostrorum, qui de partibus Theutonicis advenerant, in plenaria Synodo, quae apud Lateranum est per Dei gratiam congregata, communicato consilio Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, atque Abbatum, eundem beatum Virum inter Sanctos & Electos honorari praecipimus, & diem depositionis ejus cum gaudio solemniter celebrari. Vestra itaque, filii charissimi, interest, ita ejusdem Confessoris obsequiis ad honorem Dei omnipotentis addictos existere, ita Matris nostrae Sanctae Romanae Ecclesiae decreta veneranda servare, ut Locus vestri tam apud Deum quam apud homines laudem & gloriam mereatur, & vestra devotio aeterna vita praemia assequatur. Data Laterani XIII. Kalendas Maji.

Dat. die 19. Aprilis anno Dom. 1139. Pontif. an. x.

(*) Innocentius II. qui in plenario Concilio Remensi beatum Godardum Episcopum sanctorum Canonum adscripsit, ita eodem sermo, in Oecumenico Lateranensi II. beatus hunc Sturmium, alios Sturmionem, sanctis Confessoribus adnumeravit. Vid. Bravourum Fuldensium Antiquit. Lib. III. cap. IX. & Pagium Junior. in Breviario Tom. II. pag. 616.

& jus suum cuique tribuere, praesertim iis, quae beati Petri juris existunt, conservare integre debemus. Defuncto itaque Landulpho, Ferrariensis Civitatis Episcopo, quidam de clericis ac laicis generaliter vicegerentes ad nostram praesentiam venerunt, & ut juxta tenorem privilegiorum suorum Ferrariensi Ecclesiae Episcopum daremus, humiliter implorant. Verum, quia tunc venerabilis frater noster G. Ravennas Archiepiscopus, adversus eos agens, per ipsum consecrationem Ferrariensis Episcopi fieri debere clamabat, ipsis literis, & viva voce praecipimus, ut ad proximam Synodum sapientes ac discretos viros cum instrumentis authenticis, & aliis rationibus ad nos... tunc auxiliante Domino justitiam assequerentur, quod... est. Visus itaque, & diligenter inspectis tam Ferrariensium, quam praefati Archiepiscopi conquirentis privilegiis, & rationibus, Ferrariensium scripta prevalere cognovimus. Communicato itaque fratrum nostrorum Episcoporum ac Cardinalium consilio, juxta tenorem privilegiorum Ferrariensium Episcopum eligendum, & per Romanam Sedem Antistitem consecrandum decrevimus: atque Ferrariensem Ecclesiam sub jure & dominio Apostolicae Sedis, decreto manere statuimus. His itaque gestis, dilecte in Domino filii Grypho, te nostra Sanctae Romanae Ecclesiae, & tituli sanctae Potentianae Cardinalium, & Ecclesiae beati Petri Archiepiscopus, ex Cardinalibus nostris electum, invocata Spiritus Sancti gratia in Episcopum consecramus, atque ad gubernandum gregem Ferrariensis Ecclesiae eidem loco praeferrimus. Te itaque, Clero, & populo Ferrariensi in fidelitate beati Petri persistentibus, ad instar praedecessorum nostrorum felices memoriae Vitaliani, Hadriani, Leonis, Benedicti, Joannis, Alexandri, & Paschalis, Romanorum Pontificum, sanctae Ferrariensis Ecclesiae, tamquam Apostolicae Sedis filia, fundos ejusdem matris, & patrimonium confirmamus; ipsam videlicet massam Babylonicam, quae vocatur Ferraria cum duodecim fundis suis: cui alias undecim massas nostras minores cum omni obedientia atque servitute subjugamus, id est massam & ripam Palatiolum cum duodecim fundis suis; & massam Constanciacum cum duodecim fundis suis: simulque massam quartisanam cum duodecim fundis suis: & totam & integram massam Donoro cum duodecim fundis suis. Similiter massam popularem cum duodecim fundis suis: necnon massam Curulum, & massam Salettam cum viginti quatuor fundis suis, & massam Seneticam, & Castilionem similiter cum fundis suis. Has quidem praescriptas massas cum omnibus ad earum jura pertinentibus, de dominio & jure atque potestate hujus Sanctae Romanae Ecclesiae in sanctam Ferrariensem Ecclesiam, per hanc donationis, & traditionis paginam donamus, & tradimus, ut ab hac hora in antea liceat tibi tibi, carissime frater Grypho Episcopo, quam successoribus tuis in singulis massis Ecclesias cum Clericis, Diaconis, Presbyteris ordinare, & consecrare. Illud omnimodis sancientes, ut Ferrariensis Ecclesia cum tota Parochia sua in jure & dominio, ac privilegio nostrae Sanctae Romanae Ecclesiae beati Petri, cuius est patrimonium, perpetuo conservetur, & sit semper sub nostra ditione, ordinatione, atque consecratione, ut quicumque per nos illic electus, ordinatus, & con-

Ferrariensium & Ravennatis Archiepiscopi de electione Episcopi.

Examinata in Synodo coram Innocent. PP.

& prolata sententia contra Ravennatem Archiepiscopo.

Gryphonem S.R.E. Cardd. illi praeficit Ecclesiam.

Bonaque omnia ad eam spectantia confirmat, & caumat.

Dat. die 20. Aprilis anno Dom. 1139. Pontif. an. x.

Ferrariensem Ecclesiam Romanam filiam, & S. Petri Patrimonium, sub ejusdem dominio semper futuram declarat.

secratus fuerit, ille honoris hujus ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariensis fines & termini sunt: ab Oriente ab una parte fluminis Padi, altera nostra massa Phiscalia, & Veteraria, usque ad fossam Bossonis transeunt flumen Sandali usque Pucilletum, transeunt flumen Gabiana per Luduriam circumdant Villam magnam, & Madrariam, pervenientes usque Maletum: a Maletum pergunt juxta Argilem Ansanum per paludes & piscarias usque Vitricam, & transeunt Vitricam veniunt usque fossam Buranam, exeunt in Padum, & descendunt ad Occidentem usque ad Ulmum formosam, quae certa finis est inter Romaniam, & Langobardiam. Ab altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab Oriente Callis de sine, quae finis est inter nostrum Comitatum Ferrariensem, & alterum nostrum Comitatum Comacensem: extendunt se per paludes & piscarias usque ad fossatum de Silvule: circumdant massam Corneti, & Longanum, quae de nostro Comitatu Ferrariae est: descendunt inde ad Occidentem per paludes & piscarias usque ad flumen Tartari, pergunt usque in flumen Padi. Sane habitatoribus ipsis majoris Massae Ferrariae malas & pravas consuetudines removemus, nisi tamen, sicut soliti sunt, ad suffragium Sanctae Romanae Ecclesiae annuatim per illorum Nuncium unaquaque libera persona capitis massarii de moneta Venetiae denarios singulos dabit. Censuram vero, & tributum, atque telonei de ripa fluminis unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem, & meliorationem seu restorationem jam dictae majoris Massae concedimus; & alteram medietatem ad nostras manus reservamus. Similiter telonei de mercato unam medietatem praedicto Episcopo nostro condonamus. Placitum quidem generale similiter in dominio & potestate Sanctae nostrae Romanae Ecclesiae tenemus, ut tamen nostro Nuncio semel in anno faciente justitiam, ab omnibus per tres dies custodiatur collectam vero vel fodrum, aut pravam vel injustam functionem, aut dationem, seu consuetudinem nequaquam exigamus; sed omnia pro Dei timore, atque amore praedictae nostrae Sanctae Ecclesiae beati Georgii omnibus habitatoribus ipsius Massae majoris peperimus; aliasque minores massas ei, sicut supra dictum est, cum omnibus suis servitutibus subjugamus. Si qua sane ecclesiastica secularisque persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, & aut Ferrariensem Ecclesiam his, quae supra dicta sunt diminuere, aut Sanctae Sedi Apostolicae sua in eis jura, quae superius significata sunt, auferre praesumpserit, poenae ac compositionis nomine reddat eidem Sanctae Sedi Apostolicae auri optimi libras centum: & nisi, quae male praesumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Santissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat: Cunctis autem eisdem Ecclesiis justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Ge-

Comitatus Ferrariensis fines describit.

Alia bona ei concedit.

Decimas, alioque census condonat omnino.

Solita clausula.

Innoc. PP.